

www.e-rara.ch

Iustini ex Trogi Pompeii historiis externis libri XLIII

Iustinus, Marcus Iunianus

Basileae, [An. 1543]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-7760>

De vita et moribus imperatorum Romanorum, excerpta ex libris Sexti Aurelii victoris, a
Caesare Augusto usque ad Theodosium imperatorem

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DE VITA ET MO

RIBVS IMPERATORVM ROMA-
norum, excerpta ex libris Sexti

Aurelij Victoris, à Cæsare Augusto
usq; ad Theodosium Im-
peratorem.

D. CAESAR OCTAVIA-
nus Augustus.



NNO Urbis condita DC
CCXXII. ab exactis ue-
rò regibus CCCCLXX
Xq; mos Romæ repetitus,
uni prorsus parendi, pro re/
ge imperatori, uel sanctiori

nomine Augusto appellato. Octavianus igitur patre
Octauio senatore genitus, maternum genus ab Aenea
per Iuliam familiam sortitus adoptione uerò C. Cæsa-
ris Maioris auunculi C. Cæsar dictus, deinde ob ui-
ctoriam Augustus cognominatus est. Iste in imperio
positus, Tribunitiâ potestatem per se exercuit. Re-
gionem Aegypti inundatione Nili accessu difficilem,
inuiamq; paludibus, in prouinciâ formam redegit.

Quam ut annonæ urbis copiosam efficeret, fossas in-
curia uetustatis limo clausas, labore militum patefecit

Annus Octa-
ui argenta-
riam patrem
ad stipulato-
re Cicero di-
xit fuisse quo
râ inter q; præ-
cariū quæ-
stum fecerit

Ob id hor-
reū populi
Romani ap-
pellant

Huius tēpore ex Aegypto, urbi annua ducenties cen-
tena milia frumenti inferebantur. Iste Cantabros &
Aquitanos, Rhetos, Vindelicos, Dalmatas, numero
prouinciarum populi Romani coniunxit: Sueuos, Cat-
tosq; deleuit, Sycambros in Galliam transtulit, Panno-
nios stipendiarijs adiecit, Getharum populos, Bastar-
nasq; lacepsitos bellis ad concordiam compulit. Huic
Persæ obsides obtulerunt, creandiq; regis arbitrium
permiserunt. Ad hæc Indi, Scythæ, Garamantes, Aethi-
opes legatos cum donis miserunt. A deo deniq; tur-
bas, bella, simultates execratus est, ut nisi iustis de cau-
sis nunquam genti cuiquam bellum indixerit. Iactan-
tisq; esse ingenij, & leuissimi dicebat ardore trium-
phandi, et ob lauream coronam, id est, folia infructuo-
sa, in discrimen per incertos euentus certaminum, se-
curitatem ciuium præcipitare. Neq; imperatori bono
quicquam minus, quàm temeritatē congruere. Satis
celcriter fieri, quicquid commode gereretur. Armaq;
nisi maioris emolumenti causa, nequaquam mouenda
esse, ne compendio tenui, iactura graui petita victo-
ria, similis sit hamo aureo piscantibus, cuius abrupti
amissi; detrimentum nullo capture lucro pensari po-
test. Huius tempore trans Rhenū uastatus est Roma-
nus exercitus, atq; Tribuni & Proprætor casus.
Quod intantū accidisse perdoluit, ut cerebri ualido
incursum

incurſu parietem pulſaret, ueste capilloque, ac reli-
 quis lugentium indicijs deformis. Auunculi quoque; in-
 uentum uehementer arguebat, qui milites commili-
 tones nouo blandoque; more appellans, dum affectat chas-
 rior fieri, auctoritatem principis emolliuerat. Denique; *Quintili*
 erga ciues clementissime uersatus est. In amicos fidus *Vare redde*
 extitit: quorum precipui erant ob taciturnitatem Me-
 cœnas, ob patientiam laboris modestiamque; Agrippa.
 Diligebat præterea Vergilium: rarus quidem ad ac-
 cipiendas amicitias, ad retinendas constantissimus.
 Liberalibus studijs, præsertim eloquentiæ intantum
 incumbens, ut nullus ne in procinctu quidem laberetur
 dies, quin legeret, scriberet, declamaret. Leges alias
 nouas, alias correctas protulit suo nomine. Auxit, or-
 nauitque; Romam ædificijs multis, isto glorians dicto,
 urbem lateritiâ reperi relinquo marmo-
 reâ. Fuit mitis, gratus, ciuilis animi et lepidi, corpo-
 re toto pulcher, sed oculis magis: quorum aciem claris-
 simorum syderum modo uibrans, libenter accipiebat cedere
 ab intendentibus tanquam solis radijs aspectu suo. A
 cuius facie dum quidam miles se auerteret, et interroga-
 retur ab eo, cur ita faceret, respondit: Quia fulmen o-
 culorum tuorum ferre non possum. Nec tamen uir tantus
 uitijs caruit: fuit enim paululum impatiens, leniter iras-
 cundus, occulte inuidus, palam factiosus. Porro autem

dominandi supra quàm æstimari potest cupidissimus : studiosus aleæ lusor. Cumq; esset cibi ac uini multi, a-
liquatenus uerò somni abstinens, seruiebat tamen li-
bidini usq; ad probrū uulgaris famæ. Nam inter duo-
decim catamitos totidemq; puellas accubare solitus e-
rat. Abiecta quoq; uxore Scribonia, amore alienæ
coniugis possessus, Liuiam quasi marito concedente
sibi coniunxit: cuius Liuiæ iam erant filij Tiberius &
Drusus. Cumq; esset luxuriæ seruiens, erat tamē eius-
dem uitij seuerissimus ultor: more hominum, qui in
ulciscendis uitijs, quibus ipsi uehementer indulgent,
acres sunt. Nam & poetam Ouidium, qui & Naso,
pro eò quod tres libellos amatoris artis conscripsit,
exilio damnauit. Quodq; est leti animi, uel amœni,
oblectabatur omni genere spectaculorum, præcipuè
ferarum incognita specie, & infinito numero. Annos
septem et septuaginta ingressus, Nolæ morbo interiit:
quanquam alij scribant, dolo Liuiæ extinctum, me-
tuentis, ne quia priuignæ filium Agrippam, quem
odio nouercali in insulam relegauerat, reduci compa-
rerat, eo summam rerum adepto, pœnas daret. Igitur
mortuum, seu necatum, multis nouisq; honoribus sena-
tus censuit decorandum. Nam præter id, quod antea
patrem patriæ dixerat, templa tam Romæ, quàm per
urbes celeberrimas ei consecrauit, cunctis uulgo id-
stantis

Ouidius rele-
gatus in Te-
num

stantibus, Vtinam aut non nasceretur, aut non more-
retur. Alterum enim pessimi incepti, exitus præclari
alterum. Nam & in adipiscendo principatu, oppres-
sor libertatis est habitus: & in gerendo ciues sic ama-
uit, ut tridui frumento in horreis quondam uiso, sta-
tuisset ueneno mori, si è prouincijs classes interea non
uenirent: Quibus aduectis, felicitati eius salus patriæ
est attributa. Imperauit annis quinquaginta, et VI.
XII. cum Antonio XL. uero et quatuor solus. Qui
certe nunquam aut reipublicæ ad se potentiam tra-
xisset, aut tandiu ea potiretur, nisi magnis naturæ &
studiorum bonis abundasset.

CLAVDIVS TIBERIVS.

Claudius Tiberius Liuiæ filius, Cæsaris Octa-
uiani priuignus, imperauit annis uiginti qua-
tuor. Iste qui Claudius Nero dicebatur, elegâter à io-
tularibus Caldius Biberius Mero, ob uinolentiâ no-
minatus est. Satis prudens in armis, satisq; fortunatus
ante sumptum imperium sub Augusto fuit, ut non im-
merito reipublicæ dominatus ei cõmitteretur. Inerat
ei scientia literarum, eloquio clarior, sed ingenio pessi-
mo truci, auaro, insidioso, simulans ea se uelle, quæ
nollet. His quasi insensus, quibus consultum cupiebat
his uerò quos oderat, quasi beneuolus apparens. Re-
pentinis responsionibus aut consilijs melior, quàm me-

Nero nes lin-
gua Sabina
fortes appel-
Tranquillus

ditatis. Deniq; delatum à patribus principatum, quod
quidem astu perfecerat, fiste, abnuere, quid singuli di-
cerent, uel sentirent, atrociter explorans: quæ res bo-
nos quosq; pessum dedit. Aestimantes enim ex animo
eum longa oratione imperialis molestiæ magnitudinē
declinare, cum sententias ad eius uoluntatē promunt,
incessere exitia postrema. Iste Cappadocas in promi-
ciam, remoto Archelao rege eorum, redegit: Getulo-
rum latrocinia repreßit: Maraboduum Sueuorum re-
gem, callidē circumuenit. Cum immani furore inson-
tes, noxios, suos pariter externosq; puniret, resolutis
militiæ artibus, Armenia per Parthos, Mœsia à Da-
cis, Pannonia à Sarmatis, Gallia à finitimis gentibus
direpte sunt. Iste post LXXVIII. annum & men-
sem IIII. insidijs Caligulæ extinctus est,

C. CAESAR CALIGULA

Caligula imperauit annos IIII. Iste filius fuit
Germanici: & quia natus in exercitu fuerat,
cognomentum calceamenti militaris, id est Caligulæ,
sortitus est. Ante principatum omnibus charus, acce-
ptusq; fuit: In principatu uerò talis, ut non immerito
uulgaretur, atrocio rem illo dominum non fuisse. De-
niq; tres sorores suas stupro maculauit. Incedebat ha-
bitu deorum suorum. Iouem ob incestum, è choro au-
tem Bachanali Liberum se afferebat: de quo nescio an
decue-

decuerit memorie prodi, nisi forte quia iuuat de principibus nosse omnia, ut improbi saltem fama metu talia declinent. In palatio matronas nobiles publicæ libidini subiecit. Primus diademate imposito, dominum se iussit appellari. In spatium trium milium, quod in sinu Puteolano inter moles iacet, duplici ordine naues contexens, arenæ adgestu, ad terræ speciem uiam solidatam, phalerato equo, insignisque ærea corona, quasi triumphans indutus aureo paludamento, curru bijugi decucurrit. Dehinc à militibus confossus, interijt.

Quamobrem
de mai
principibus
scribatur.

CLAVDIVS TIBERIVS.

Claudius Tiberius, + Drusi, Tiberij frater, ^{fr}+ Decimilius, Caligule patruus, imperauit annos quatuordecim. Iste cum senatus censuisset gentem Cæsarij exterminari, de formi latebra latens, repertus à militibus, quia uecors erat, et mitissimus uidebatur imprudentibus, imperator effectus est. Hic uentri, uino, libidini foedæ obediens, uecors & probe hebes, ignauus ac pauidus, libertorū et cōiugis imperijs subiectus fuit. Huius tempore, Scribonianus Camillus intra Dalmatias imperator creatus, cōtinuo occiditur. Mauri prouincijs à Cæsare pulsæ, cæsa Musalamorū manus est, à qua Claudia Romæ introducta. Huius uxor Messalina primo clam, mox passim quasi iure, adulterij

rijs utebatur: ex quo facto plures metu abstinentes, extincti sunt. Dehinc atrocius accensa, nobiliores quasque nuptas & uirgines, scortorum modo secum proposuerat, coactique mares ut adessent. Quod si quis talia horruerat, adfecto crimine, in ipsum, omnemque familiam seuebatur, ut magis uideretur sub imperatore uiro, quam imperatori nupta esse: ita liberti eius potestatem summam adepti, stupris, exilio, cæde, proscriptionibus omnia secedabant. Ex quibus Felicem legionibus Iudææ præfecit: Possidio eunucho post triumphum Britannicum, inter militarium fortissimos, arma insignia tanquam participi uictoriæ dono dedit: Polybum inter consules mediū incedere fecit. Hos omnes anteibat Narcissus ab epistolis, dominum se gerens ipsius domini: Pallas prætorijs ornamentis sublimatus, adeo diues, ut causante eo inopiam fisci, lepidissime famoso elogio uulgatum sit, Abunde ei pecuniam fore, si à duobus libertis in societatem reciperetur. Huius temporibus uisus est apud Aegyptum phoenix, quam ferunt uolucrum annis D. ex Arabia sum esse & memoratos locos aduolare: atque in Aegæo mari Pli. lib. 10. repente insula emerfit. Hic Agrippinam, Germanici fratris sui filiam, uxorem duxit, quæ filio imperium procurans, primò priuignos insidijs multifor-
nibus, dehinc ipsum coniugem ueneno interemit. Vi-
xit

posset hoc e-
tiam hodie in
reges dici.

† Hoc fal-
sum esse
Pli. lib. 10.
scribit.

xit annis sexaginta quatuor, cuius funus, ut quon-
dam in Tarquinio Prisco, diu occultatum, dum arte Mogütia si
muliebri corrupti custodes agrum simulant, Nero pri tum puiat.
uignus imperij iura suscepit.

DOMITIUS NERO.

Domitius Nero, patre Domitio Aenobarbo ge-
nitus, matre Agrippina, imperauit annis tre-
decim. Iste quinquennio tolerabilis uisus. Inde quidam
prodidere Traianum solitū dicere, procul distare cum
etios principes à Neronis quinquennio. Hic in urbe am-
phitheatrum & lauacra construxit. Pontum in ius
prouinciæ Polemonis Reguli permissu redegit, à quo
Polemoniacus Pontus appellatus est: idemq; Cottias
Alpes, Cottio rege mortuo. Eo nanq; dedecore reli-
quum uitæ egit, ut pudeat memorare huiusmodi quen-
quam. Eò progressus est, ut neq; suæ, neq; aliorum pu-
dicitie parcens, ad extremum amictus nubentium uir-
ginum specie, palàm conuocato senatu, dote dicta, cum
etis festa de more frequentantibus, nuberet. Pelle te-
ctus feræ, utriq; sexui genitalia uultu contrectabat:
matrem etiam stupro contaminauit, quamq; postmo-
dum interemit. Octauiam & Sabinam cognomento
Poppeam, in matrimonium duxit, uiris earum truci-
datis. Tunc Galba in Hispania procul, & C. Iulius im-
perii corripuere, Vbi aduentare Nero Galbā didicit,

Senatusq; sententia constitutū, ut more maiorū collo in furcam coniecto, uirgis ad necem caderetur, desertus undiq; noctis medio egressus urbem, sequentibus Phaone Epaphrodito, Neophytoq;, & spadone Sporo, quem quondam Nero exedum formare in mulierem tentauerat, semet ictu gladij transegit, adiuuante trepidantem manum impuro, de quo diximus, eunucho Sporo: quum sanè prius nullo reperto, à quo feriretur, exclamaret, Itane nec amicum habeo, nec inimicum? dedecorose uixi, turpius peream. Perijt anno ætatis XXXII. Hunc Persæ in tantū dilexerunt, ut legatos mitterent, orantes copiam construendi monimenti. Ceterū adeo cunctæ provinciæ, omnisq; Roma interitu eius exultauit, ut plebs induta pileis manumissionū, tanquā sæuo exempta domino, triumpharet.

Pileū sumere

SERGIUS GALBA.

Galba nobili Sulpitiorum genere progenitus, imperauit menses septem, diesq; totidem. Iste in adulescentes infamis, ad uescendū intemperans fuit, triuui amicorum consilio, id est, Iunij, Cornelij, & Cælij, cuncta disponens: adeo, ut inter Palatinas ædes, pariter et uulgò pædagogi dicerentur. Hic ante sumptam dominationē, multas provincias egregiè administrauit, militem seuerissimè tractans, ita ut ingressō eo castra, uulgaretur statim, Disce militare miles, Galba est, nō Getulicus

tulicus. Cum LXXIII. ætatis annū ageret, dum factione Othonis accensas legiones, lorica tectus, lenire contenderet, ad lacum Curtium cæsus est.

OTHO † SALVIVS.

† SYL^a

S Aluius Otho splendidis ortus maioribus ex oppi VIVS do Ferentino, imperavit menses quatuor. Vita omni turpis, maximè adolescentia. Hic à Vitellio pri^{mum} apud Placentiam, dehinc apud Bebriacū uictus, ^{XCV. dies regnasse scribit Tranq.} semet gladio transfixit, anno ætatis XXXVII. adeò amabilis militibus proprijs, ut pleriq; corpore ^{XXXVIII. Tranq.} eius uiso, suis manibus interierint.

AVLV^s VITELLIVS.

V itellius ortus familia nobili, patre Lucio Vitellio tertio consule, imperavit menses VIII. Iste mente crudelis, auarusq; cum profusione fuit. Huius tempore, Vespasianus in Oriente principatus abripuit: à cuius militibus certamine sub muris urbis habito, superatus, & palatio quo se abdiderat Vitellius, uinctis à tergo manibus productus, circumducitur ad spectaculum uulgi. Ac ne homo impudens, in extremis saltem malorum quæ gesserat, rubore faciem demitteret, subiecto in mētum gladio, seminudus, multis cocno fumo, & cæteris turpioribus dictu purgamentis uultum eius incessantibus, per scalas Gemonias trahitur, ubi Sabinum Vespasiani fratrem necari permiserat,

Inde unco
tractus ad
Tyberim
Tranquillus

rat, numerosis ictibus confossus interijt. Vixit annis quinquaginta septem. Hi omnes quos paucis annis attingi, præcipue Cæsarum gens, adeò literis culti, atq; eloquentia fuere, ut ni cunctis uitijs, absq; Augusto, nimij forent, profectò traxissent immodica flagitia.

VESPASIANVS.

Vespasianus imperauit annis decē. Huius inter cetera bona illud singulare fuit, inimicitias obliuisci adeò ut Vitellij hostis sui filiam locupletissimè dotatam, splendidissimo coniungeret uiro. Ferebat patienter amicorum motus, contumelias eorum, ut erat facetissimus, dictis iocularibus respondens. Nanq; Licinium Mutianum, quo adiutore ad imperium peruenerat, fiducia meritorum insolentem flectebat, adhibito aliquo utriq; familiari, id unum dicens: Nosti me uirum esse. Sed quid mirum in amicis, cum etiam causidicorum obliqua dicta, et philosophorū contumaciam contemneret? Iste exanguem diu, festumq; terrarum orbem breui refecit. Nanq; primum satellites tyrannidis, nisi qui fortè atrocius longè processerāt, flectere potius maluit, quàm excruciatos delere, prudentissimè ratus, nefaria ministeria à pluribus metu curari. Præterea legibus æquissimis monendo, quodquē uehementius est uitæ specie uitiorum plura aboleuerat. Infirmus tamen, uti quidam

dam prauè putant, aduersus pecuniam, cum satis constet, erarij inopia, & clade urbium, nouas cum, neq; postea habitas uestigalium pensiones exquisiuisse. Hic Romam deformem incendijs ueteribus, ac ruinis, permissa, si domini deessent, uolentibus ædificandi copia, Capitolium, ædem Pacis, Claudijq; monumenta reparauit: multaq; noua instituit per omnes terras, quæ ius Romanum est. renouatæ urbes cultu egregio: uiæ operibus maximis munitæ sunt. Tunc cauati montes per Flaminiam sunt prono transgressui, quæ uulgariter Pertusa petra uocitatur. Mille gentes compositæ, cum ducentas ægerrimè reperisset, extinctis seuitia tyrannorum plerisq;. Rex Parthorum Vologeses, metu solo in pace coactus est: Syria seu Palestina, necnon Cilicia, Tracheta, & Comagene, quæ hodie Augustophratensem nominamus, prouincijs accessere: Iudæi quoq; additi sunt. Hic monentibus amicis, ut caueret à Metio Pomposiano, de quo sermo percrebuerat, regnaturum, Consulem fecit, aludens tali cauillo, Quandoq; memor erit tanti beneficij. Institutum uerò uniforme omni imperio tenuit. Vigilare de nocte, publicisq; actibus absolutis charos admittere, dum salutatur calceamenta sumens, & regium uestitum. Post autem negotijs quæcunq; aduenissent, auditis, exerceri uestatione, deinde requiescere: postremo

Optimum
hoc est ad a.
bolendam in
uidiam

stremò ubi lauisset, remissione animo conuiuium curabat. Plura dicere studium coëgit imperatoris boni, quem ab Augusti morte post annos VI. & L. Romana respub. exanguis scuitia tyrannorum, quasi fato quodam, ne penitus rueret, adsecuta est. Itaq; annum agens uitæ absq; uno septuagesimum, serijs ioca, quibus delectabatur, admiscens, interijt. Quippe primò cum crinitum sydus apparuisset: Istud, inquit, ad regem Persarum pertinet, cui capillus effusior. Deinde uentris ingluuie fessus, & assurgens, Stantem, ait, imperatorem excedere terris decet.

T I T V S.

Titus uocabulo patris etiam Vespasianus dictus, matre liberta Domicilla nomine genitus, imperauit annos duos, & menses II. diesq; uiginti. Iste à puero præclaris studijs, probitatis, militiæ, literarum instantissimè deditus, quò contenderet, animi & corporis muneribus ostendit. Hic ubi patriæ curam suscepit, incredibile est, quantum quos imitabatur antierit, præcipuè clementia, liberalitate, honorificentia, ac pecuniæ contemptu: quæ eò amplius grata fuere, quòd ex nonnullis à priuato adhuc priuatis asperior, luxuriæq; & auaritiæ amans credebatur fore. Nanq; præfecturam prætorianam patre imperante adeptus, suspectum quenq; & oppositum sibi inmisit, qui per
theatra

theatra & castra inuidiosa iactantes ad poenam poscerent, quasi criminis cōuictos oppressit. In quæ Cincinnam consularem adhibitum cœnæ, uixdum triclinio egressum, ob suspicionem stupratæ Berenicis uxoris suæ, iugulari iussit. Iurgia autem sub patre uenundata, rapinarum cupidum: unde Neronem cuncti uocantes opinantesq; summam rerum nactum, grauius acceperant. Sed hæc in melius conuersa, adeò ei immortalem gloriam contulere, ut delitiæ atq; amor humani generis appellaretur. Deniq; ut subiit pondus regium, Berenicen nuptias suas sperantem, regredi domum, & eneruatorum greges abire præcepit: quo facto, quasi signū protulit mutatæ intemperantiæ. Dehinc cū donata, cōcessaue à prioribus principibus firmare in sequentes solerent: simul ut imperium cepit, talia possidentibus edicto sponte cavit, uel concessit. Quadā etiā die, recordans uestperi, nihil se cuiquam præstitisse, uenerando cœlestiq; dictu, Amici ait, perdidimus diem: quia erat magnificæ liberalitatis. Clementiā uerò usq; eò perduxit, ut amplissimi ordinis duo, cū aduersus eū cōiurassent, neq; abnuere cōgitatū scelus quirent, monuerit primò: post deductos in spectaculū se utrinq; assidere iussit: petitoq; ex industria mirmillonum, quorum pugne uisebantur, gladio, quasi ad explorandā aciem, uni atq; alteri cō-

miserit

Delitiæ huius
manti generis

potestas fato
datur.

miserit : quibus percussis , & constantiam mirantibus diceret, Videtisné potestates fato dari, frustra; tentari facinus potiundi spe, uel amittendi metu ? Fratrem quoq; Domitianum parantem insidias, militumq; animos sollicitantem, flens sæpius obtestatus est, ne parricidio adsequi cuperet, quod & se uolente esset obuenturum ei, etiam haberet, cum sit particeps potestatis. Huius tempore mons Vesuius in Campania ardere cœpit, incendiumq; Romæ sine nocturna requie per triduum fuit: lues quoq;, quanta uix unquam antea fuit. Quibus tamen malis nonnullis uexatis, pecunia propria subuenit cunctis remediorum generibus : nunc egrotantes per semetipsum reficiens nunc consolans suorum mortibus afflictos. Vixit annos quadraginta unum, & in eodem, quo pater apud Sabinos, agro, febre interijt. Huius mors credi uix potest, quantum luctus urbi, prouincijsq; intulerit, adeo ut eum delitias publicas, sicut diximus, appellantes, quasi perpetuò custode orbatum terrarum orbem deslerent.

D O M I T I A N V S.

Domitianus & Domicille libertæ filius, germanus Titi, imperauit annis X V. Iste primò clementiam simulans, neq; adeo iners, domi belliq; tolerantior uidebatur : idcircoq; Catos, Germanosque denicit

deuicit, ius æquissime dixit. Romæ multa ædificia uel
 cœpta, uel à fundamentis construxit: bibliothecas in-
 cendio consumptas, petitis undiq; præsertim Alexan-
 dria exemplis, reparauit. Sagittarum tam doctus fuit
 ut inter patentēs digitos extentæ manus uiri procul
 positi spicula transuolarent. Dehinc atrox cædibus,
 bonorū supplicia agere cœpit, ac more Caligule do-
 minum sese, deumq; dici cœgit, signisq; ridicule remo-
 tis omnibus muscarum agmina persequabatur: furens
 libidine, cuius scædum exercitium Græcorum lingua
 κλινοπᾶλι uocabat. Hinc pernoctanti cuidā, qui= κλινοπᾶ
 quānne in palatio esset, responsum est, Ne musca qui= λην
 dem. His eius seuitijs, ac maximè iniuria uerborum,
 qua se scortum uocari dolebat, accensus Antonius, cu-
 rans Germaniam superiorem, imperium corripuit.
 Quo per Normanum Appium acie strato, Domitia
 nus longè deterior in omne hominum genus, etiam in
 suos ferarum more grassabatur. Igitur metu crudeli-
 tatis, & conscientie sue coniurauere pleriq; impulso-
 ribus Parthenio procurante cubiculum, & Stephano:
 & tum ob fraudem interceptæ pecuniæ, supplicium
 suspectante Clodiano, adscita etiā in consilio tyranni
 uxore Domitia, ob amorem Paridis histrionis à prin-
 cipe cruciatus formidante, Domitianū multis uulneri-
 bus cōfodiunt, post annū V. et XL. uitæ. At Senatus

gladiatoris more funus effèrri, radendumq; nomen decreuit. Huius tempore seculares ludi celebrati sunt

COCCEIUS NERVA.

HAelenus Romæ, seu per Italiam orti imperium rexere, hinc aduenæ: unde compertum est, urbem Romam externorum uirtute creuisse. Quid enim Nerua prudentius aut moderatius? quid Traiano diuinius? quid præstantius Adriano? Cocceius Nerua oppido Narniensi genitus, imperauit menses XIII. dies X. Iste quum imperium suscepisset, mox rumore orto, uiuere atq; affore Domitianum, perinde trepidauit, ut colore mutato uerbis amissis, uix consisteret: sed à Parthenio confirmatus, recepta fiducia, ad solenne delinimentum conuersus est. Qui cum in curia à senatu gratanter exceptus esset, solus ex omnibus Arrius Antoninus, uir acer, eiq; amicissimus, conditorem imperantium prudenter exprimens, amplexus eum, gratulari se ait Senatui et populo, prouincijsq; ipsi autem nequaquam: cuius satius fuerat malos semper principes eludere, quàm tanti oneris uim sustinentem, non molestijs modo & periculis subijci, sed famæ etiam inimicorum pariter & amicorum, qui cum se mereri omnia præsumunt, si quicquam non extorsunt, atrociores sunt ipsis quoq; hostibus. Iste quicquid antea poenæ nomine tributis accesserat, indulsit:

affluas

afflictas ciuitates releuauit : puellas , puerosq; natos parentibus egestosis, sumptu publico per Italiae oppida ali iussit. Hic ne accessu maleuolorum terreretur , Iunij Mauritij constantis uiri dicto ita admonetur .

Qui conuiuio familiari adhibitus , cum Veientonem consulari honore functum quidem , apud Domitianum tamen multos occultis criminationibus persecutum, adesse uidisset , inter colloquia mentione Catuli facta, calumniatoris precipui, dicente Nerua : Quid nunc faceret, si Domitiano superuixisset ? Nobiscum, inquit Mauritius, coenaret. Hic iurgiorum discepta- Mauricium
tor et scientissimus et frequens fuit. Calphurniū Cras- Plinius ap-
sum, promissis ingentibus animos militum pertentan- pellat.
tem detectum, confessumq; Tarentū cum uxore remo-
uit, patribus lenitatē eius increpantibus. Cumq; inter-
fectores Domitiani ad exitium poscerentur, tantū est
consternatus, ut neq; uomitum, neq; impetum uentris
ualuerit differre. Et tamen uehementer obstitit, dicti-
tans equius esse mori, quā autoritatē imperij sceda-
re, proditis potentiae sumendae autoribus . Sed milites
neglecto principe, requisitos Petronium uno ictu, Par-
thenū uerō demptis prius genitalibus, et in os conie-
ctis iugulauere: redempto magnis sumptibus + Caspe- + Aeliario
rio, qui scelere tā truci insolētior. Neruā cōpulsit refer-
re apud populū gratias militibus, quia pessimos nefan-

dosq; omnium mortalium peremissent. Hic Traianū
 Opīnor esse in liberi locum, inq; partem imperij adoptauit: cum
 M. Regulum quem plin. quo tribus uixit mensibus. Qui dum suggerente ira,
 iunior bipe. nocte uoce quā maxima contra quendam, Regulum
 dum omni. nequisim. nomine, inclamaret, sudore correptus est. Eo die quo
 uocat interijt, solis defectio facta est.

VLPIVS TRAIANVS.

VLpius Traianus ex urbe Tudertina, Vlpīus
 ab auo dictus: Traianus à Troio paterni gene-
 ris autore, uel de nomine Traiani patris sic appella-
 Agēs annū tus, imperauit annis uiginti. Iste talem se rei publicæ
 XLII. præbuit qualem uix ægreg; exprimere ualuerunt sum
 Agrippina morum scriptorum miranda ingenia. Hic imperium
 apud Agrippinam, nobilem Galliæ coloniam, suscepit
 habens diligentiam in re militari, in ciuilibus lenita-
 tem, in subleuandis ciuitatibus largitionem. Cumq;
 duo sint, quæ ab egregijs principibus expellantur,
 sanctitas domi, in armis fortitudo, utro-
 biq; prudentia, tantus erat in eo maximarum
 rerum modus, ut quasi temperamento quodam uirtu-
 tis micuisse uideretur, nisi quia cibo, uinoq; pau-
 lulum deditus erat: liberalis in amicos, & tanquam
 uitæ conditione par societatibus perfrui. Hic ob ho-
 † Licinij norem † Suræ studio cuius imperium abripuerat,
 lauacra condidit. De quo superuacaneum uidetur
 cuncta

cuncta uelle nominatim promere, cum satis sit excul-
tum atq; emendatum dixisse. Fuit enim patiens labo-
ris, studiosus optimi cuiusq; ac bellicosi, magisq; sim-
pliciora ingenia, aut eruditissimos quamuis ipse para-
cæ esset scientiæ, moderateq; eloquens, diligebat. Iusti-
ciæ uerò, ac iuris humani, diuiniq; tam repertor noui
quàm inueterati custos. Quæ omnia eò maiora uiscer-
bantur, quoniam per multos atq; atroces tyrannos
perdito atq; prostrato statu Romano, in remedium
tantorum malorum diuinitus credebatur opportune
datus, usq; eò, ut adueniens imperium eius pleraq; mi-
rifica denunciauissent: In quibus præcipuum cornicem
è fastigio Capitolij Atticis sermonibus effata $\kappa\alpha\lambda\omega\varsigma$
 $\epsilon\sigma\sigma\alpha\iota$. Huius exusti corporis cineres relati Romæ, hu-
mati; Traiani foro sub eius columna, & imago su-
perposita, sicuti triumphantes solent in urbem inuenta
Senatu præeunte, & exercitu. Eo tempore multo per-
niciosius, quàm sub Nerua Tyberis inundauit, magna
clade ædium, & terræmotus grauis per provincias
multas, atroxq; pestilētia, famesq;, et incendia facta Lex ædifi-
sunt. Quibus omnibus Traianus per exquisita reme-
diorum plurimū opitulatus est: statuens ne domorū altitu-
do LX. superaret pedes, ob ruinas faciles, et sumptus
si quando talia contingerent, exitiosos. Vnde merito
pater patriæ dictus est. Vixit annis L X I I I.

AELIVS ADRIANVS.

Aelius Adrianus stirpis Italicae, Aelio Adriano Traiani principis consobrino Adriæ orto genitus: quia id oppidū agri Piceni, etiam mari Adriatico nomē dedit. Imperauit annis duodecim. Hic Græcis literis impēsius eruditus, à plerisq; Græculus apellatus est. Atheniensium studia moresq; auxit, poëtico non sermone tantum, sed & cæteris disciplinis canendi, psallendi, medendiq; scientia, musicis, geometria, pictor, fictor, æmulatorq; , ex ære uel marmore proxime me Polycletos, & Euphranoras. Proinde omnino ad ista effectus, ut elegantius nunquā, rarò quicquam humanæ res expertæ uideantur, memor supra quā cuiquā credibile est, locos, negocia, milites, absentes quoq; nominibus recensere, rē immensi laboris. Quippe qui prouincias omnes pedibus circumierit, agmen comitantium præuertens, cum oppida uniuersa restitueret, augetet ordinibus. Namq; ad specimen legionū militarium fabros, perpendiculatores, architectos, genusq; cunctum extruendorum mœniū, seu decorandorum in cohortes centuriauerat. Varius, multiplex, multiformis ad uitia atq; uirtutes, quasi arbiter genitus, impetum mentis quodam artificio regens: ingenium inuidum, triste, lasciuum, et ad ostentationem sui infortis callide tegebat. Continentiam, facilitatem, et clementiam

† effectus
Vno tempo-
re scripsit de
Traiani, auduit
& cum ami-
cis fabulatus
est, Spartana-
nus.

mentiam simulans. contraq; dissimulans ardorem gloria, quo flagrabat, acerrimus ad laceffendum pariter & respondendum serijs, ioco, maledictis: referre carmen carmini, dictum dicto: prorsus ut meditatū crederes adtersus omnia. Huius uxor Sabina, dum propē seruilibus iniurijs afficitur, ad mortem uoluntariā cōpulsā: quæ palā iactabat, quā immane ingenū pertulisset, & elaborasse, ne ex eo humani generis perniciēs grauidaretur. Hic morbo subtercutaneo quē diu placidē pertulerat, uictus dolore, ardens, impatiensq; plures ē senatu extinxit. A regibus multis pace occultis muneribus impetrata, iactabat palām, plus se ocio adeptum, quā armis ceteros. Officia sanē publica & palatina, necnon militiæ, in eam formam statuit, quæ paucis per Constantinum immutatis hodie perseverant. Vixit annos L X I I . dehinc miserabili exitu L X X I I consumptus est, cruciatu membrorum serē omnium cōfectus, in tantum, ut sese interficiendum ministrorū dissimilis precans offerret: ac ne in semetipsum seueret, custodia charissimorum seruaretur.

A N T O N I N U S P I V S .

Antonius Fuluius, seu Boionius dictus, postea etiam Pius cognominatus est, imperavit annis X X I I I . Iste ab Adriano in filium adoptatus, cuius gener fuerat, tātæ bonitatis in principatu fuit, ut

T. Aurelius
Fulvius, Bo-
ionius, Anto-
nius Pius.

haud dubiè sine exemplo uixerit: quamuis eum Numæ
 contulerit ætas sua, cum orbem terræ nullo bello per
 annos XXXIII. autoritate sola rexerit: adeò tremen-
 tibus cū atq; amantibus cunctis regibus, nationib; uq;
 & populis, ut parentem, seu patronū magis, quàm do-
 minum, imperatorem uerè putarent, omnesq; uno ore
 in cælestium morem propitium optantes, de contro-
 uersis inter se iudicem poscerent. Quin etiam Indi, Ba-
 ctari, Hyrcani legatos misere, iusticia tãti imperatoris
 comperta, quam ornabat uultu sereno & pulchro,
 procerus membra, decenter ualidis. Priusquàm salu-
 tandus prodiret, degustans panis aliquantulum, ne fri-
 gescente circum præcordia per ieiunium sanguine, uir-
 ribus exesis interciperetur, eoq; actuum publicorum
 laboribus minimè sufficeret: quæ incredibili diligentia
 ad speciem optimi patris familiæ exequabatur, appe-
 tentia gloriæ carens & ostentatione: adeò mansuetus
 ut instantibus patribus, ad eos qui contra eum coniu-
 rauerant persequendos, compresserit quæstionem: præ-
 fatus, necesse non esse sceleris in semetipsum cupidos
 pertinacius indagari, ne si plures reperientur, quantis
 odio esset, intelligeretur. Igitur cum esset annorum L.
 XXXII. apud Lorios uilla propria, milibus passuum
 XII. ab urbe, febri paucorum dierum post tres atq;
 uiginti annos imperij consumptus est: ob cuius hono-
 rem

Satius enim
 putant inuim
 etiam serua-
 re, quam mil-
 le hostes per-
 dere. Spart.

rem templa, sacerdotes, atq; infinita alia decreta sunt. Vsq; eò autem mitis fuit, ut cum ob inopiæ frumentariæ suspicionem lapidibus à plebe Romana perstringeretur, maluerit ratione exposita placare, quàm ulcisci seditionem.

M. ANTONINVS.

M Arcus autem Antoninus imperauit annis **X** **VIII**. Iste uirtutum omnium, cœlestisq; ingenij extitit, ærumnisq; publicis quasi defensor obiectus est. Etenim nisi ad illa tempora natus esset, profectò quasi uno lapsu ruiſſent omnia status Romani. Quippe ab armis quies nunquàm erat: perq; omnem Orientem, Illyricum, Italiã, Galliamq; bella feruebant; terre motus non sine interitu ciuitatum, inundationes fluminum, lues crebræ, locustarũ species agris infestæ: prorsus ut propè nihil, quo summis angoribus atteri mortales solent, dici, seu cogitari queat, quod non illo imperante scuerit. Credo diuinitus attributũ, ut dum mundi lex, seu natura aliunde quid hominibus incognitum gignit, rectorum consilijs tanquam medicinæ remedijs leniatur. Is propinquum suum Lucium Annium Verum, ad imperij partem nouo beneuolentiæ genere adsciuit. Qui Verus inter Altinum atq; Cœcordiam iter faciens, ictu sanguinis, quem morbum Græci ἀπὸ πλῆ-
ξιν uocant, undecimo imperij anno extinctus est: car-

minum, maxime tragicorum, studiosus, ingenij asperi, atq; lasciui.

M. ANTONINVS.

Cognomen
to Philoso-
phus dictus

Post cuius obitum M. Antoninus remp. solus tenuit, à principio uitæ tranquillissimus, adeò ut ab infantia uultum nec ex gaudio, nec ex mœrore mutauerit: philosophiæ studens, literarumq; Græcarum peritissimus. Hic permisit uiris clarioribus, ut conuiuia eodem cultu, quo ipse, & ministris similibus exhiberent. Hic cum ærario exhausto, largitiones quas militibus impenderet, non haberet, neq; indicere prouincialibus, aut senatui aliquid uellet: instrumentorum regij cultus, facta in foro Traiani sectione, distraxit, uasa aurea, pocula crystallina & murrhina, uxoriæ ac suam sericam et auream uestem, multa ornamenta gemmarum: ac per duos continuos menses uenditio habita est, multumq; auri redactum. Post uictoriam tamen emptoribus precia restituit, qui reddere comparata uoluerunt. Molestus nulli fuit, qui maluit semel emptam retinere. Huius tempore Cassius tyrannidem arripens extinctus est. Ipse anno uitæ LIX. apud Bendobonam morbo consumptus est. De eius nuncio Romam peruecto, confusa luctu publico urbe, Senatus in curia ueste tetra indutus, lachrymans cõuenit: et quod de Romulo egre creditum est, omnes pari sensu præsumpserunt,

Marci

Marcum cœlo receptum esse: ob cuius honorem templa, columnæ, multaq; alia decreta sunt.

C O M M O D V S.

AVRELIVS Commodus M. Antonini filius, Antoninus & ipse dictus, imperavit annis XIII. Hic qualis futurus esset, in ipso primordio ostendit. Nam cum in supremis moneretur a parente, attritos iam Barbaros, ne permitteret vires recipere, respondit, Ab incolumi, quamvis paulatim, negotia perfici posse, à mortuo nihil. Sciuor omnibus libidine atq; auaritia, crudelitate, nulli fidus: magisq; in eos atrox, quos amplissimis honoribus, donisq; in Hostis Deo gentibus extulerat, in tantum deprauatus, ut gladiarū, parricidatorijs armis sapissime in amphitheatro dimicauerit. da senatus. Huic Martia generis libertini, forma tamen, meretricisq; artibus pollens, quum animum eius penitus deuinxisset, egresso è balneo, ueneni poculum obtulit. Lamfrid. Ad extremum ab immisso ualidissimo palæstrita, compressis faucibus expirauit, anno uitæ tricesimo secundoq;.

H E L V I V S P E R T I N A X.

Heluius Pertinax imperavit dies LXXXV. Sexagenario maior ad iram periti accessit. Iste coactus imperavit, repugnansq; suscipiens tale cognomentum sortitus est. Origine gentis sordida præfecturam urbi agens, imperator effectus, scelere Iuliani

Iuliani multis uulneribus obruncatur, annos natus
VII. atq; LX. Huius caput tota urbe circumuectū
est. Hoc exitu obiit uir ad humane cōuersationis ex-
emplum per laboris genera uniuersa absumptus, pro-

Fortune pi uectus eo, ut fortunæ uocaretur pila. Nam liber-
la. tino genitus patre apud Ligures, in agro squallido
Lolij Gentiani, cuius in præfectura quoq; clientem se
esse libentissimè fatebatur. Fuit doctor literarum, quæ
à grammaticis traduntur, blandus magis quàm benes-
Chrestolo ficus: unde eum Græco nomine χρυσολόγου appel-
gus. lauere. Nunquam iniuria accepta ad ulciscendum du-
ctus: amabat simplicitatem: communem se effatu,
conuiuio, incessu præbebat. Huic mortuo diui nomen
decretum est: ob cuius laudem ingeminatis ad usque
defectum adplausibus clamatum est: Pertinace
imperante securi uiuimus, neminem
timuimus, patri pio, patri Senatus, pa-
tri omnium bonorum.

DIDIUS IULIANVS.

Didius Iulianus ortu Mediolanensis, imperauit
mensibus VII. uir nobilis, iure peritissimus,
factiosus, præceps, regni audax. Hoc tempore Niger
Pescenninus apud Antiochiam, in Pannonia Sabaria
Septimius Seuerus creantur Augusti: ab hoc Seuerio
Iulianus in abditas palatii balneas ductus, extenta
damna

damnatorum modo ceruice decollatur, caputq; eius
in Rostris ponitur.

SEPTIMIUS SEVERVS.

Septimius Seuerus imperauit annis XVIII. Hic + Priscen-
+ Pescenninum interemit, hominem omnium tur-
pitudinum. Sub eo etiam Albinus, qui in Gallia se Cæ-
sarem fecerat, apud Lugdunum occiditur. Hic Seue-
rus filios suos successores suos reliquit, Bassianum et
Getam. Hic in Britannia uallū per XXXII. pas-
suum milia à mari ad mare deduxit, Fuit bellicosissi-
mus omnium, qui ante eum fuerunt: Acer ingenio, ad
omnia quæ intendisset in finem perseverans. Beneuo-
lencia quò inclinasset mirabili ac perpetua ad quæ-
rendum diligens, ad largiendum liberalis: in amicos,
inimicosq; pariter uehemens. Quippe qui Latera-
num Chilonem, Amilinum Bassum, cæterosq; alios di-
taret: ædibus quoq; memoratu dignis, quarum præ-
cipuas uidemus, Parthorum quæ dicuntur, ac Latera-
ni. Hic nulli in dominatu suo permisit honores ue-
nundari: Latinis literis sufficienter instructus, Pu-
nica eloquentia promptior: quippe genitus apud Le-
ptim provincie Africæ. Is dum membrorum omnium
maximè pedum dolorem pati nequiret, ueneni uice,
quod ei negabatur, cibum grauis ac plurimæ carnis
uidus inuasit: quem cum conficere non posset, cru-
ditatem

Afrum quid-
dam sonans
usq; ad senex
tatem Spars

ditatem passus, expirauit. Vixit annos LXX.

ANTONINVS CARACALLA.

Avrelius Antoninus Bassianus Caracalla, Seueri filius, Lugduni genitus, imperauit solus annis VI. Hic Bassianus ex aui materni nomine dictus est. At cum è Gallia uestem plurimam deuexisset, talesq; Caracallas fecisset, coëgissetq; plebem ad se salutandum indutam talibus introire, de nomine huiusce uestis Caracalla cognominatus est. Hic fratrem suum Getam peremit. Ob quam causam furore poenas dedit Dirarum insectatione, quæ non immerito

Diræ ultri Vltrices uocantur: à quo post furore conualuit.
ces. Hic corpore Alexandri Macedonis conspecto, Magnus atq; Alexandrum se iussit appellari, adstantium fallacijs eò perductus, uti truci fronte, & ad leuum humerum conuersa ceruice, quod in ore Alexandri notauerat, incedens, fidem uultus similini persuaderet sibi. Fuit impatiens libidinis, quippe qui nouer-
 † Iuliam cam suam † duxit uxorem. Cum Carris iter faceret,
 † ad uesticā apud Edesā secedens † ad officia naturalia, à milite,
 leuandam qui quasi ad custodiā sequebatur, interfectus est. Vixit
 Annis 43: an, ni
 nulle scribūt. annis ferè triginta. Corpus eius Romam relatum est.

OPILIVS, MACRINVS, ET

DIADVMENVS.

Macrinus cum Diadumeno filio ab exercitu imperat

Imperatores creati, imperauerunt menses XIIII.
ab eodem exercitu obtruncantur, pro eo, quia Ma-
crinus militarem luxuriam, stipendiaque profusio-
ra comprimeret.

AVRELIVS HELIOGA-
BALVS.

Avrelius Antoninus Varius, idem Heliogaba-
lus dictus, Caracallæ ex Semea consobrina oc-
cultè stuprata filius, imperauit biennio & mensibus
VIII. Huius matris Semeæ auus Bassianus nomine
fuerat, † Solis sacerdos. Is cū Romā ingenti militū &
Senatus expectatione uenisset, probris se omnibus cō-
taminauit. Cupiditatem stupri, quam adsequi naturæ
defectu nondum poterat, in se conuertens, muliebri no-
mine Bassianā se pro Bassiano iusserat appellari. Ves-
talem uirginem quasi matrimonio iungens suo, ab-
scisisq; genitalibus, matri se Magnæ sacrauit. Hic Ma-
cellum, qui post Alexander est dictus, consobrinum
suum Cæsarem fecit. Ipse tumultu militari interfectus
est. Huius corpus per urbis uias more canini cadaue-
ris à milite tractum est, militari cauillo appellantium
indomitæ & rabidæ libidinis catu-
lam. Nouissimè cum angustum foramen cloacæ cor-
pus minimè reciperet, usque ad Tyberim deductum,
adiecto pondere, ne unquam emergeret, in fluuium
proie-

Varius,
quod uarso
semine natus

† Iouis

Per pontem
Aemiliū cum
matre Scentæ
de.

proiectum est. Vixit annis XVI. atq; ex rebus quæ
acciderant, Tyberinus Traçitiusq; appellatus est.

SEVERVS ALEXANDER.

Severus Alexander imperavit annis XIII. Hic
bonis reipublicæ fuit ærumnosus. Sub hoc impe-
rante Taurinus Augustus effectus est. Ob timorem
ipse se Euphrati fluuiio obiecit. Tunc etiam Maxi-
minus regnum arripuit, pluribus de exercitu corru-
ptis. Alexander uerò cum deserui semet à stipulatoribus
uidisset, matrem sibi causam fuisse mortis exclamans
accurrenti percussori, obuoluto capite, ceruices suas
ualidè compressas præbuit, anno uitæ XXVI.

XXXIX

Huius mater Mammea eò filium coëgerat, ut illa
ipsa quamuis permodica, si mensæ prandioq; superesse
sent, conuiuio reponerentur.

IVLIVS MAXIMINVS.

Iulius Maximinus Thrax è militaribus, imperavit
annis III. Is dum persequitur pecuniosos, insontes
pariter, noxiosq; , apud Aquileiam seditione militum
discerptus est, unà cum filio, conclamantibus cunctis
militari ioco, ex pessimo genere ne catulū
habendum. Huius imperio duo Gordiani pater
& filius principatum arripientes, unus post unū in-
teriere. Pari etiam tenore Pupianus & Balbinus re-
gnum inuadentes, perempti sunt.

GORE

G O R D I A N V S.

Gordianus nepos Gordiani ex filia , ortus Ro-
mæ clarissimo patre, imperavit an. VI. Apud
Ctesiphontem, à Philippo Præf. præf. accensis in se-
ditionem militibus, occiditur, anno uitæ XX. Cor- Alij XXII
pus eius propè fines Romani, Persiciq; imperij posi-
tum nomē loco dedit, sepulchrum Gordiani.

P H I L I P P V S.

MArcus Iulius Philippus imperavit annis V.
Veronæ ab exercitu interfectus est, medio ca-
pite supra ordines dentium præciso, Filius autem eius
Gallus Iulius Saturninus, quem Potentiæ sociauerat,
Romæ occiditur, agens uitæ annos VII. adeo seueri
& tristis animi, ut iam tum à quinquenini ætate, nullo
prorsus cuiusquam commento ad ridendum solui po-
tuerit: patremq; ludis secularibus petulantius cachin- Milefimo an-
nantem, quanquam adhuc tener, uultu notauerit auer condita.
sato. Is Philippus humilimo ortus loco fuit, patre no-
bilissimo latronum ductore.

D E C I V S.

Decius è Pannonia Bubalia natus, imperavit
mensēs XX X. Hic Decium filium suum Cæ- Affecti mar-
sarem fecit: uir artibus cunctis, uirtutibusq; instructus tyrio Fabia-
placidus, & communis domi, in armis promptissi- nus & Cor-
mus. In solo barbarico inter confusas turbas, gurgite nelius pon-
paludis titices Romi.

paludis summersus est: ita, ut nec cadauer eius potuerit inueniri, Filius uerò eius bello extinctus est. Vixit annis quinquaginta. Huius temporibus, Valens Lucianus imperator effectus.

VIRIVS GALLVS.

Virius Gallus cum † Volusione filio imperauerunt annis II. † Horum temporibus Hostilianus Perpenna à Senatu imperator creatus, nec multo post pestilentia consumptus est. Sub his etià Acmilianus in Mœsia imperator effectus est: contra quem ambo profecti, apud Interamnem ab exercitu suo cæduntur, anno ætatis pater VII. circiter & XL. creati in insula Menynge, quæ nunc Girba dicitur. Acmilianus uerò mense IIII. dominatus, apud Spoletum siue Pontem, quem ab eius cæde Sanguinarium accepisse nomen ferunt, inter Ocriculum, Narniamq; & Spoletum, & urbem Romam regione media positum. Fuit autem genere Maurus, pugax, nec tamen præceps. Vixit annis IIII. minus L.

LICINIUS VALERIANVS.

Licinius Valerianus cognomento Colobius, imperauit annis XV. parentibus ortus splendidissimis, stolidus tamen, & multum iners, neq; ad usum aliquem publicum officio, consilio, seu gestis accommodatus. Hic filium suum Galienum Augustum fecit, Galieni;

Galieniꝑ; filium Cornelium Valerianum Casarem .
 His imperantibus, Religianus in Mœsia, Cassius La-
 bienus Posthumus in Gallia , Galieni filio interfecto,
 imperatores effecti sunt. Pari modo Aelianus apud
 Moguntiam, cum in Aegypto Aemilianus, apud Ma-
 cedonas Valens, Mediolani Aureolus dominatum in-
 uasere. Valerianus uerò in Mesopotamia bellum ge-
 rens, à Sapore, Persarum rege superatus, mox etiam
 captus est : apud Parthos ignobili seruitute cōsenuit.
 Nam quanandiu uixit, rex eiusdem prouinciæ, incur-
 uato eo, pedem ceruicibus eius imponens , equum a-
 scendere solitus erat.

GALIENVS.

G Alienus quidem in locum Cornelij filij sui, Sa-
 lonianum alterum filium subrogauit, amoris di-
 uerso pellicum deditus, Saloninæ coniugis & concu-
 binæ, quam per pactionem concessa parte superioris
 Pannoniæ à patre Marcomannorū rege matrimoniꝝ
 specie suscepserat, Pipam nomine. Nouissime aduersus
 Aureolū profectus est. Quem cum apud Pontem, qui
 ex eius nomine Aureolus appellatur, obtentū , detrus-
 sumꝑ; Mediolanum obsedit, eiusdem Aureoli commen-
 to à suis interijt. Regnauit annis XV. cū patre VII.
 & solus VII. uixit annis. L.

CLAVDIVS.

Claudius imperauit annis 11. Hunc pleriq; pu-
 Nec inte- tant Gordiano satum, dum + alij Liscensa mu-
 gris. liere matura institueretur ad uxorem. Hinc Claudius
 + ab Galieni morientis sententia imperator designatus, ad
 quem Ticini positum per Galloniũ Basilium indumen-
 ta regia direxerat: extinctoq; à suis Aureolo, recep-
 + aciem tis regionibus, aduersum + autẽ Alemannorum haud
 procul à lacu Benaci dimicans, tantam multitudinem
 Primus Go- fudit, ut agrè pars dimidia superfuerit. His diebus Vi-
 thorum arma impetumq; r. prestis
 storinus regnum cepit. Claudius uerò, cum ex fatali-
 bus libris, quos inspici præceperat, cognouisset, senten-
 tiæ in senatu dicendæ, primi morte remedium deside-
 rari, Pomponio Basso, qui tunc erat, se offerente ipse
 uitam suam, haud passus responsa frustrari, dono rei-
 publicæ dedit, præfatus neminẽ tanti ordinis, primas
 habere ipsum Imperatorem. Ea res sic erat cunctis
 grata, ut non diui uocabulum modo, sed ex auro sta-
 tuam propè ipsum Iouis simulachrum, atq; in curia
 imaginem auream procures sacrauerint.

QVINTILIUS

Hic successit frater eius Quintilius. Is paucis
 diebus imperium tenens, interemptus est.

AVRELIANVS.

Avrelianus genitus patre mediocri: et ut qui-
 dam ferunt, Aurelij clarissimi Senatoris color
 no, in

no inter Daciam & Macedoniam: imperauit annis V. Iste haud dissimilis fuit Magno Alexandro, seu Cæsari Dictatori. Nam Romanam urbem triennio ab inuasoribus recepit, cū Alexander Annis XIII. per uictorias ingentes ad Indiam peruenerit, & C. Cæsar decennio subiecerit Gallos, aduersum ciues quadriennio congressus. Iste in Italia tribus prælijs uictor fuit, apud Placentiam, iuxta annem Metaurum, ac fanum Fortunæ, postremo Ticinēsis in campis. Huius tempore apud Dalmatas Septimius imperator effectus, mox à suis obtruncatur. Hoc tempore in urbe Roma monetarij rebellarunt, quos Aurelianus uictor ultima crudelitate compescuit. Iste primus apud Romanos diadema capiti innexuit: gemmisq; & aurata omni ueste, quod adhuc ferè incognitum Romanis moribus uidebatur, usus est. Hic muris ualidioribus & laxioribus urbem sepsit. Porcinæ carnis usus populo instituit, Hic Tetricum, qui imperator ab exercitu in Gallijs effectus fuerat, correctorem Lucaniæ pro-
 uexit, aspergens hominem eleganti ioco, Sublimius habendum regere, aliquam Italiæ partem, quam trans Alpes regnare. Nouissime fraude *seruifui*, qui ad *minuthef.* quosdam militares uiros amicos ipsius, nomina pertulit adnotata, falso manum eius imitatus, tanquam Aurelianus ipsos pararet occidere, ab ipsdem interfe-

406 SEXTI AVRELII VICTORIS

Alus est in itinere medio, quod inter Constantinopolim et Heracleam est. Fuit saeuus & sanguinarius, et trux caporis. omni tempore, etiam filij sororis intersector. Hoc tempore VII. mensibus interregni species euenit.

TACITVS.

Capit impe-
rat, non pe-
des.

TAcitus post hunc suscepit imperium, uir egregie moratus, qui ducetesimo imperij die apud Tarsum febris moritur.

FLORIANVS.

T. u. c. r.

Hic successit Florianus. Sed cum magna pars exercitus equitantium Probum militie peritum legisset, Florianus dierum LX. quasi per ludum imperio usus, incisis a semetipso uenis, effuso sanguine consumptus est.

PROBVS.

Ob praecla-
rissimam uo-
rem occidi-
ttr, non fore
opus militi-
bus, cum ho-
stes deessent.

+ Vites
+ Almam Vo-
pisc. legit.

Probus genitus patre agresti, hortorum studio-
so, Dalmatio sanguine, imperauit annis VI. Iste
Saturninum in Oriente, Proculum, & Bonosum A-
grippinae imperatores effectos oppressit + Vineas
Gallos & Pannonios habere permisit. Opere milita-
ri + Almam montem apud Syrmium, et Aureum apud
Moesiam superiorem uinceis conseruit. Hic Syrmio in
turri ferrata occiditur.

CARVS.

Carus Narbone natus, imperauit annis II. Iste
canse.

confeſſim Carinum, & Numerianum Cæſares fecit.

Hic apud Cteſiphonta iſtu fulminis interiit. Numeria-
nus quoq; filius eius, cum oculorum dolore correptus
in lecticula ueheretur, impulſore Apro, qui ſocer eius
erat, per inſidias occiſus eſt. Cum dolo occultaretur
ipſius mors, quouſq; Aper inuadere poſſet imperium,
ſœtore cadaueris ſcelus eſt proditum. Hinc Sabinus
Iulianum inuadens imperium, à Carino in campis Ve-
ronenſibus occiditur. Hic Carinus omnibus ſe ſcleri-
bus inquinauit, plurimos innoxios ſictis criminibus oc-
cîdit: matrimonia nobilium corrupit: condiscipulis
quoque, qui taxaerunt eum in auditorio uerbi ſati-
gatione, pernicioſus fuit. Ad extremum trucidatur
eius præcipuè Tribuni dextera, cuius diceba-
tur coniugem poſuiſſe.

Capitale fe-
re fuit, ultra
Cteſiphontæ
progreſſi.
Vopîſc.

D I O C L E T I A N V S.

Diocletianus Dalmata, Amilini ſenatoris liber/
tinus, matre pariter, atque oppido nomine
Dioclea, quorum uocabulis, donec imperium ſume-
ret, Diocles appellatus. Vbi orbis Romani poten-
tiam cœpit, Graium nomen in Romanum morem
conuertit. Imperauit annis XXV. Is Maximianum
Augustum effecit, Conſtantium & Galerium Maxi-
mianum cognomento Armentarium, Cæſares creauit
tradens Cōſtancio Theodoram Herculi Maximiiani

priuignam abiecta uxore priori. Hoc tempore Carac-
 sio in Gallijs, Achilleus apud Aegyptum, Iulianus in
 Italia imperatores effecti, diuerso exitu periere. E qui-
 bus Iulianus acto per costas pugione, in ignem abiectus
 se. Diocletianus uero apud Nicomediam sponte impe-
 riales fasces relinquens, in proprijs agris consenuit.
 Qui dum ab Herculio atq; Galerio ad recipiendum
 imperium rogaretur, tanquam pestem aliquam dete-
 stans, in hunc modum respondit: Vtinam Salone pos-
 + holera setis uisere + oleta nostris manibus instituta, profecto
 nunquam istud tentandum iudicaretis. Vixit annis L-
 Alij LXX XVIII. ex quibus communi habitu propè nouem e-
 VIII. an. git. Morte consumptus est, ut satis patuit, per formi-
 uixisse scri. dinem uoluntariam. Quippe cum à Constantino atq;
 Licinio uocatus ad festa nuptiarum, per senectam,
 quò minus interesse ualeret, excusauisset, rescriptis mi-
 nacibus acceptis, quibus increpabatur Maxentio fa-
 uisse, ac Maximino fauere, suspectans necem dedeco-
 rosam, uenenum dicitur hausisse. His diebus Constan-
 tius Constantini pater, atq; Armentarius, Cæsares
 Augusti appellantur. Creatis Cæsaribus Seuero per
 Italiam, Maximini Galerij sororis filio per Orientem
 eodemq; tempore Constantinus Cæsar efficitur. Ma-
 xentius imperator in uilla VI. millibus ab urbe di-
 screta itinere Lauicano: dehinc Licinius Augustus
 efficitur,

efficitur, pariq; modo Alexander, apud Carthaginem imperator fit: similiq; modo Valens Imperator creatur, quorum exitus iste fuit: Seuerus ab Herculio Maximiano Romæ intra tabernas extinguitur, funusq; eius Galieni sepulchro infertur: quod ab urbe abest per Appiam milibus I X.

GALERIVS MAXIMIANVS.

Galerius Maximianus consumptis genitalibus defecit. Maximianus Herculeius à Constantino apud Masiliam obsessus, deinde captus, pœnas mortis genere: postremò fractis laqueo ceruicibus. Alexander à Constantini exercitu iugulatur. Maxentius dum aduersus Constantinum congregitur paulò superius à ponte Miluio, in pontem nauigijs compositum, ab latere ingredi festinās, lapsu equi in profundum demersus est, uoratumq; limo pondere thoracis corpus mors. uix repertum. Maximianus apud Tarsum morte simplici periit. Valens à Licinio morte mulctatur. Fuerūt autem morum huiusmodi Aurelius Maximianus, cognomento Herculeius, ferus natura, ardens libidine, consilijs stolidus, ortu agresti Pannonioq;. Nam etiam nunc haud longè Syrmio eminet locus palatio ibidem constructo, ubi parentes exercebant opera mercenaria. Aetate interijt sexagenarius, annorum XX. imperator. Genuit ex Eutropia Syra muliere Maxentiū

410 SEXTI AVRELII VICT.

Et Faustam coniugem Constantini: cuius patri Constantio tradiderat Theodoram priuignam. Sed Maxentium suppositum ferunt arte muliebri, tenere mariti animum laborantis auspicio gratissimi cœpti à
 † nunquàm puero. Is Maximianus charus † nulli unquàm fuit,
 illi nec patri aut socero quidem Galerio.

GALERIVS ARMENTARIVS.

Galerius autem fuit, licet inculta agrestiq; iusticia, satis laudabilis, pulcher corpore, eximius
 Et felix bellator, ortus parentibus agrarijs, pastor armentorum, unde ei cognomen Armentarius fuit. Ortus Dacia Ripensi, ibiq; sepultus est: quem locum Romulianum etiam uocabulo Romule matris appellarat. Is insolenter affirmare ausus est, matrem more Olympiadis Alexandri magni creatricis, compressam dracone semet concepisse.

GALERIVS MAXIMINVS.

† Dara **G**alerius Maximinus sorore Armentarij proge
 nitus, ueroq; nomine ante imperium † Daza dictus, Cæsar quadriennio dehinc per Orientem Augustus triennio fuit: ortu quidem atq; instituto pastoralis, uerum sapientissimi cuiusq; ac literatorum cultor, Eboraci de ingenio quieto, uini audior. Quo ebrius, quædam cor
 cesit, rupta mente aspera iubebat: qui cum pigeret factum, differri quæ præcepisset, in tempus sobrium ac maturum statuit.

Alexan

ALEXANDER.

Alexander fuit Phryx origine, ingenio timidus inferior aduersus laborē uitio senectæ atatis. His omnibus absumptis, imperij iura penes Constantium & Licinium deuenere.

CONSTANTINVS.

Constantinus Constantij imperatoris & Helenæ filius, imperauit annis triginta. Hic dum iuenculus à Galerio in urbe Roma religionis specie obfes teneretur, fugam arripens, atq; ad frustrandos insequentes publica iumenta quaq; iter egerat, interfecit: & ad patrem in Britanniam peruenit, & fortè hisdem diebus ibidem Constantium parentem fata ultima perurgebant. Quo mortuo, cunctis qui aderant adnitentibus, sed præcipuè Eroco Alemanorum rege auxilij gratia Constantium comitato, imperium capit. Hic sororem suam Constantiam Licinio Mediolanum accito coniungit, filiumque suum Crispum nomine ex Mineruina concubina susceptum, idem Constantinum, iisdem diebus natum, oppido Arelatensi, Liciniumque Licinij filium, mensium serè uiginti, Cæsares effecit. Verum enimuero ut imperia difficile cōcordiam custodiunt, disidium in Licinium Constantiumque

numq; exoritur, primumq; apud Cibalas iuxta paludem, Hiulcam nomine, Constantino nocte castra Licinij irrupente, Licinius fugam petijt, Byzantiumq; fuga uolucris peruenit: ibi Martinianū officiorū magistrum Cæsarem creat. Dehinc Constantinus acie potior, apud Bithyniam adegit Licinium, pacta salute indumentum regium offerre per uxorem: inde Thessalonicam missum, paulò post eum Martinianūq; iungulari iubet. Hic Licinius annum dominationis fere post XIII. uitæ proximè LX. occiditur, auaritiæ cupidine omnium pessimus, neq; alienus à luxu uenero, asper admodum, haud mediocriter impatiens: infestus literis, quas per inscitiam immodicam, uirus ac pestem publicam nominabat, præcipuè forensensem industriam. Agraribus planè ac rusticantibus, quia ab eo genere ortus altusq; erat, satis utilis, ac militiæ custos, ad ueterum instituta seuerissimus: splendorem & aulicorum omnium uehemens domitor, tineas soricesq; palatii appellans. At Constantinus obtento totius Romani imperij mira bellorum felicitate regimine, Fausta coniuge, ut putant, suggerente, Crispum filium necari iubet. De hinc uxorem suam Faustam in balneas ardentes coniectam interemit: cum eum mater Helena ardore nimio nepotis increparet. Fuit uerò ultrà
quam

Tineas & sorices, aulicos uocabat.

quàm aestimari potest laudis avidus. Hic Traianum
 herbam parietariam ob titulos multos edi- Herba parie-
taria.
 bus inscriptos, appellare solitus erat. Hic pontem in
 Danubio construxit: habitum regium gemmis, &
 caput exornans perpetuo diademate. Commodissimus
 tamen rebus multis fuit: calumnias sedare, legibus se-
 uerissimis nutrire artes bonas, præcipue studia litera-
 rum: legere ipse, scribere, meditari, audire legatio-
 nes, & querimonias prouinciarum. Cumq; liberis fi-
 lioq; fratris Delmatio Caesaribus confirmatis, III. et
 LX. annis uixisset, ex quibus dimidios, ita ut XIII.
 solus imperaret, morbo consumptus est, irrisor potius
 quàm blandus. Vnde prouertio uulgari, Tracala, de-
 cem annos: præstantissimus, duodecim sequentibus la-
 tro, decem nouissimis pupillus ob profusiones immodi-
 cas nominatus. Corpus sepultum in Byzantio, Con-
 stantinopoli dicta: quo mortuo, Delmatius militum Nicome-
 ui necatur. Ita ad tres orbis Romani dominatio reda-
 dia obiit.
 Eta est, Constantino, & Constantio, ac Constante, si- Eutropius.
 lijs Constantini. Hi singuli has partes regendas habue-
 runt. Constantinus iunior cuncta trans Alpes: Con-
 stantius à freto Propontidis, Asiam atq; Orientem:
 Constans Illyricum, Italiamq; & Africam, Dalma-
 tiam, Thraciam, Macedoniamq; & Achaïam.

ANNI

† *Constantius* ANNIBALIANVS, CONSTANS
ET CONSTANTIVS.

Anibalianus Dalmatij Caesaris cōsanguineus, Armeniam nationesq; circū socias. Interim ob Italiae Africæq; ius dissentire statim Constantius et Constans cœperunt. Constantius latrocinij specie, dū incautus, fœdēq; temulentus in aliena irruit, obtruncatus est, proiectusq; in fluuium, cui nomen Alsa est.

Ad Aquileiam. non longē ab Aquileia. Constans uerō uenandi cupiditate, dum per sylvas, saltusq; erraret, conspirauere aliquanti militares in eius necem, autoribus Chrestio et Marcellino, simulq; Magnentio : qui ubi patrandi negotij dies placuit, Marcellinus natalem filij simulans plerosq; ad coenam rogat. Itaq; in multam noctem cōuiuiū celebrato, Magnentius quasi ad uentris secreta secedens, habitum uenerabilem capit. Ea re cognita, Constans fugere conatus, apud Halenam oppidum Peireneo proximum, à Gaisone cum lectissimis misso, interficitur anno XIII. Augustæ dominationis : nam Cæsar triēnio fuerat, cui septimo uicesimoq;. Hic fuit debilis pedibus, manibusq; articularum dolore. Fortunatus cœli temperie, fructuum prouentu, nulla à Barbaris formidine : quæ profecto maiora fuerint, si prouinciarum rectores non precio, sed iudicio prouexisset. Antus morte cognita, Vetratio magister militum impe-

imperium in Pannonia apud † Mursiam corripuit : † Mursiā
quem Constantius non post multos dies regno exuit, Vixit an-
grandæuo etati non uitam modò, sed etiam uolu- nis XL. re
ptuarium ocium concedens. Fuit autem propè ad gnauit aut.
stulticiam simplicissimus. XXIII.

C O N S T A N T I V S.

Constantius Gallum fratrem patruelem, Cæsā
rem pronunciat, sororē Constantinā illi cōiun-
gens : Magnentius quoq; Decentiū consanguineū suū
trans Alpes Cæsarem creauit. His diebus Romæ Ne-
potianus Eutrophie Constantini sororis filius, hor-
tantibus perditis, Augusti nomen rapit : quem octa-
uo die uicesimoq; Magnentius oppressit. Hoc tempo-
re Constantius cū Magnentio apud Mursiam dimi-
cans uicit : in quo bello penè nunquam amplius Ro-
manæ consumptæ sunt uires, totiusq; imperij for-
tunæ pessundatæ. Dehinc cum se Magnentius in Ita-
liam recepisset, apud Thicanum plures fudit, incau-
tius, et, ut in uictoria solet, audacius persequentes.
Nec multò post apud Lugdunum coangustatus, gla-
dio occultè prouiso, ictum pulsi parietis iuuans, trās-
fosso latere, ut erat uasti corporis, uulnere naribus/
quæ, et ore cruorem effundens, mense imperij XLII.
etatis uerò L. expirauit : ortus parentibus, qui Gal-
liam inhabitant : legendi studio promptus, sermonis
acer,

acer, animi tumidi, & immodicè timidus: artifex tamen ad occultandam audaciæ specie formidinē. Eius morte audita, Decentius laqueo fasciæ ad collum posito, uitam finiuit. Hoc tempore Gallus Cæsar à Constantio occiditur. Imperauit annis IIII.

SILVANVS.

Siluanus imperator effectus, die imperij uigesimo octauo perimitur. Fuit ingenio blandissimus, quanquàm barbaro patre genitus: tamen institutione Romana satis cultus, & patiens.

CONSTANTIVS.

Constantius Claudium Iulianum, fratrem Galli, honore Cæsaris adsumit, annis natum ferè tres atq; uiginti. Iste in campis Argentoracensibus apud Gallias cum paucis militibus infinitas hostium copias deleuit. Stabant acerui montium similes, fluebat cruor fluminum modo, captus rex nobilis Nodomarius, fusi omnes optimates, redditus limes Romanæ possessionis: ac postmodum cum Alemannis dimicans, potentissimum eorum regem Badomarium cepit. Hic à militibus Gallicanis Augustus pronuntiatur. Hic Constantius urgere legationibus, in statum nomenque pristinum reuerti.

IULIANVS.

Iulianus mādatis mollioribus, refert se sub nomine Celsi

Celsi imperij multò officiosius pariturum. Hinc Constantius magis magisq; ardens dolore: atq; ut erat tallium impatiens, in radicibus Tauri montis apud Mopsocrenem febris acerrima, quam indignatio nimia uigilijs augebat, interijt: anno æui IIII. & XL. imperij I X. atq; XXX. uerū Augustus IIII. XX. q; octo solus cum fratribus atq; Magnentio XVI XV Cesar. Felix bellis ciuilibus, externis lachrymabilis, mirus artifex in sagittis: à cibo uinoq; & somno multumq; intemperans, patiens laboris: facundiæ cupidus quam cum adsequi tarditate ingenij non posset, alijs inuidebat. Spadonum, aulicorumq; amor deditus, & uxorū: quibus contentus, nulla libidine transuersa aut iniusta polluebatur. Sed ex coniugibus, quas plures sortitus est, præcipue Eusebiam dilexit, decoram quidem, uerum per Amantias, & Gorgonias, & alia oportuna ministeria uexantem famam uiri, cōtrā quā scēminis modestioribus mos est, quarum sæpe præcepta maritos iuuant. Nanq; ut cæteras omittam Pompeia Plotina incredibile dictū est quantò auxerit uxores gloriam Traiani, cuius procuratores cum prouincias quales sint, calumnijs agitarent, adeo ut unus ex ijs diceretur leucupletium quenq; ita conuenire, Quæ habes ad mensam? Vnde habes? Tertium, Pone quæ habes: illa coniugem corripuit: atq; increpans quod laudis suæ esset

esset incuriosus, talem reddidit, ut postea exactiones
 Fiscum lie- improbens & detestans, Fiscum lienem uoca-
 nem dixit ret, quòd eo crescēte artus reliqui tabescant. Igitur
 Traianus Iulianus redacta ad unum se orbis Romani curatione
 gloriæ nimis cupidus in Persas proficitur. Illic à
 transfuga quodā in insidias deductus, cum eum hinc
 inde Parthi urgerent, è castris iam positis arrepto
 tantum clypeo procurrit. Cumq; inconsulto ardore
 nititur ordines ad prælium componere, ab uno ex ho-
 stibus, & quidem surgente, conto percutitur: rela-
 tusq; in tabernaculum, rursusq; ad hortandos suos
 egressus, paulatim sanguine uacuatus, circa noctis fe-
 re medium defecit: præfatus, consulto sese imperio
 nihil mandare, ne, uti solet, in multitudine discrepan-
 tibus studiis amicorum, ex inuidia rei præ discordia
 exercitus periculum pararet. Fuerat in eo literarum
 ac negotiorum ingens scientia: eo iuuauerat philoso-
 phos & Græcorum sapientissimos: usu promptior
 corporis, quàm ualidus quidem, sed brevis fuit. Hæc
 minuebat quarundam rerum neglectus modus. Cupi-
 do laudis immodica, cultus numinū superstitiosus, au-
 dax plus quàm imperatorem decet: Cui salus propria
 nos, cū semper ad securitatē omniū, tum maxime in bello
 conseruanda est. Ita illum cupido gloriæ flagrantior
 peruicerat, ut neq; terramotu, neq; plerisq; præfagijs
 quibus

Scriptit hic
 in Christia-
 nos.

quibus uetebatur petere Persidem, adductus sit finem
ponere ardori, ac ne noctu quidem uisus ingens glo-
bus cœlo labante diem belli cautum præstiterit.

IOVINIANVS.

Iouinianus genitus patre Verroniano, insula agri Ann. M. C
Singidonēsis, prouinciæ Pannoniæ: imperauit men IX. ab ur-
ses VIII. Cuius patri cum liberos crebros amitteret be condit.
præceptum somnio est, eum qui iam instante uxoris
partu edendus foret, diceret Iouinianum. Hic fuit insi-
gnis corpore, latus ingenio, literarum studiosus. Hic
dum à Perside hyeme aspera mediaq; Constantinopo-
lim accelerans, cruditate stomachi, tectorio noui ope-
ris grauatus esset, repente interiit annos gerens pro-
xime XL. VALENTINIANVS.

Valentinianus imperauit an. XII. minus die-
bus C. Huius pater Gratianus mediocri stir-
pe ortus, apud Cibalas Funarius appellatus est, eò q
uenalitiū funem portanti, quinq; milites nequirent
extorquere: eo merito adscitus in militiā, usq; ad præ-
fecturæ prætorianæ potentiā conscendit. Ob cuius a-
pud milites commendationem, Valentiniano imperiū
resistenti aggeritur. Hic Valentem consanguineum
suum sibi socium in imperio adsciuit, ac demum Gra-
tianum filium, necdum plene puberem, hortatu socrus
& uxoris Augustum creauit. Hic Valentinianus fuit

uultu decens, solers ingenio, animo grauis, sermonē
 Constanti- cultissimus. Quamquam enim ad loquendum parcus,
 nopoli. seuerus, uehemens, infestus tamen uitijs, maximeq; auaritia: cuius punitor ipse fuit acer & in ijs quæ memo-
 raturus sum Adriano proximus: Genera uetustissimo-
 rum meminisse, noua arma meditari, fingere terra seu-
 limo simulachra prudenter, uti locis, temporibus, ser-
 + infidisi monibus, atq; ut breuiter concludam + semper criminibus
 hominibus: nibus, quæ eis sese quasi fidiſſimis prudentiſſimisq; dede-
 ita legit Eu rat, careret: aut probatis eruditissq; monitoribus uti li-
 tropius. cuiſſet, perfectus haud dubie princeps enituiſſet.

Huius tempore Firmus apud Mauritaniam regnum
 inuadens extinguitur. Valentinianus apud Bergentio-
 nem legationi Quadorum respondens, anno æui V. et
 L. impetu sanguinis uoce amissa, sensu integer expira-
 uit. Quod quidem intemperantia cibi ac saturitate,
 qua artus diffuderat, accidisse plures detulere. Itaq;
 eo mortuo Valentinianus adhuc quadriennis, autore
 Equitio ac Merobaude propinquo, ubi cum matre fue-
 rat allatus, creatus est imperator.

VALENS.

Valens unâ cum Valentiniano germano suo,
 de quo diximus, regnauit annos X. menses V.
 Hic Valens cum Gothhis lachrymabili bello commis-
 so, sagittis saucius in casam deportatur uiliſſimam:
 ubi su-

ubi superuenientibus Gotthis, igniq; supposito, incendio concrematus est. In quo probanda hæc fuere. Fuit possessoribus consultor bonus, mutare iudicia, uerus in amicos, fidus, irasci sine noxa ac periculo cuiusquã sanè ualde timidus. Huius temporibus Procopius tyrannus cadens extinguitur.

G R A T I A N V S.

Gratianus genitus Syrmij, imperauit cum patre Valentiniano annis V I I I. diebus L X X An. ab ur-
X V. cum patruo et fratre I I I. cum eodem fratre ac be M. C X
Theodosio I I I. & cum his omnibus accedente Ar X X I I.
cadio menses V I. Hic apud Argentarium oppidum
Galliæ, X X X. Alemannorum millia in bello extin-
xit. Hic cum animaduertisset Thraciam Daciamq;
tanquàm genitales terras possidentibus Gotthis Tri-
ballisq; atq; omni pernicie atrocioribus Hunnis &
Alanis, extremum periculum instare nomini Romano
accitum ab Hispania Theodosium, cunctis fauentibus,
agenti annum à tricesimo tertium, imperium commit-
tit. Fuit autem Gratianus literis haud mediocriter in-
stitutus, carmẽ facere, ornatè loqui, explicare cõtroue-
sias rhetorũ more. Nil aliud die noctuq; agere, quàm
spiculis meditari, summæq; uoluptatis, diuinæq; artis
credere, ferire perite sibi destinata, cibiq; uini, ac libi-
dinis uictor. Cunctisq; fuisset plenus bonis, si ad co-

gnosendam reipub. gerendæ scientiam animum intendisset: à qua propè alienus, non modò uoluntate, sed etiam exercitio fuit. Nam dum exercitum negligere, & paucos ex Alanis, quos ingenti auro ad se transtulerat, anteferebat ueteri ac Romano militi, adeoq; Barbarorum comitatu, & propè amicitia capitur, ut nonnunquam eodem habitu iter faceret, odia contra se militum excitauit. Hoc tempore cum maximus apud Britanniam tyrannidem arripuisset, & in Galliam transmississet, ab insensis Gratiano legionibus exceptus, Gratianum fugauit, nec mora extimuit: qui uixit annis XXXVIII.

Floruit hæc
tempore di-
uis Hierony-
mus, & Mar-
tinus.

THEODOSIVS.

Theodosius genitus patre Honorio, matre Thermantia, genere Hispanus, originem à Traiano principe trahens, à Gratiano Augusto apud Syrmium imperator effectus, regnauit annis XXVII. Huic serunt nomen somnio parentes monitos sacrauisse, ut Latine intelligimus, à deo datum. De hoc etiam oraculo in Asia diuulgatum est, eum Valenti successurum, cuius nomen è θ, et ε, ο, atq; à Græcis lite initiaretur. Quia cognitione principi deceptus Theodorus, cum sibi imperium præsumeret, scelestæ cupidinis supplicia percepit. Fuit autem Theodosius propagator reipub. atq; defensor eximius. Nam Hunnos & Gots

& Gotthos, qui eam sub Valente defatigassent, di-
 uersis praelijs uicit: cum Persis quoq; petitus pacem
 pepigit. Maximum autem tyrannum, qui Gratanum
 interfecerat, & sibi Gallias uindicabat, apud Aquis-
 leiam extinxit: Victorem quoq; eius filium, intra in-
 fantiæ annos à Maximo patre Augustum factum ne-
 cauit. Eugenium quoq; tyrannum, atq; Arbogastem
 superauit, deletis eorum decem milibus pugnatorū.
 Hic etenim Eugenius confusus uiribus Arbogastis,
 postquam apud Viennam Valentinianum extinxe-
 rat, regnum inuasit, sed mox simul cum uita imperiū
 perdidit. Fuit autem Theodosius moribus & corpo-
 re Traiano similis, quantum scripta ueterum, & pi-
 ctura edocent: sic eminens status, mēbra eadē, par cæ-
 saries, os absq; eo quod illi aliquantū uellendo steriles
 genæ, neq; tā ingentes oculi erant, nescio an & tanta
 gratia, tantusq; flos in facie, seu tanta dignitas in in-
 cessu. Mens uerò prorsus similis, adeo ut nihil dici
 queat, quod non ex libris in istū uideatur transferri.
 Clemens animus, misericors, cōmunis, solo habitu dis-
 ferre se ceteris putās: in omnes homines honorificus,
 uerū effusius in bonos: simplicia ingenia æquē dilige-
 re, erudita mirari, sed innoxia: largiri magno animo
 magna: amare ciues uel priuato cōtubernio cognitos
 eosq; honoribus, pecunia, beneficijs ceteris munerari

præsertim quorum erga se uelut patrem aspero casu officia probauerat. Illa tamen quibus Traianus aspersus est, uiolentiam scilicet & cupidinem triumphandi, usq; eò detestatus est, ut bella non mouerit: sed inuenit, prohibueritq; lege ministeria lasciuia, psaltriasq; commessionibus adhiberi: tantum pudori tribuens & continentiae, ut consobrinarum nuptias uetuerit tanquàm reorum. Literis, si nimium perfectos contemplerur, mediocriter doctus, sagax planè, multumq; diligens ad noscenda morum gesta: è quibus non desinebat execrari ueterum facta superba, crudelia, libertati infesta quæ legerat, ac Cinnam, Marium, Syllam, quæ, atq; uniuersos dominantium, præcipuè tamen perfidos & ingratos. Irasci sanè rebus indignis, sed

Præcepta flecti cito, unde modica dilatione emolliebatur. Ali-
ex Liuo. quando seuera præcepta habuit de Liuiο, uel quod Augustus à philosophiæ doctore didicerat: qui cum uidisset eum faciliè commoueri, ne asperum aliquid statueret, monuit, ut ubi irasci cœpisset, quatuor atq; uiginti Græcas literas memoria recenseret, ut illa concitatio, quæ momenti est, mente aliò traducta, parui temporis interiectu languesceret. Melior haud dubiè, quod est claræ uirtutis, post auctam annis potentiam regalem, multoq; maximè post ciuilem uictoriam. Nam & annonæ curam sollicitius attendere, & auri
 at gentiq;

argentiq; graue pondus sublato atq; expensi à tyranno, multis è suo restituere, cum benigni principes, & quidem uix fundos solerent nudos, ac deformata prædia concedere. Iam illa minutiora, & ut dicitur, intra *Intra aulâ.* aulam: quæ quidem quia occulta sunt, magis naturæ hominum curiosæ oculos auresq; ad se trahunt. Patruum colere tanquam genitorem, fratris mortui, sororisq; liberos habere pro suis, cognatos affinesq; parentis animo complecti: elegans letumq; conuiuium dare, non tamen sumptuosum: miscere colloquia personis, studia dignitatibus, sermone cum grauitate iucundo, blandus pater, concors maritus. Exercebatur neq; ad illecebras, neq; ad lassitudinem: ambulationibus magnis, cum esset ocium, reficiebat animum. Ad Floruit diuescendi continentiam ualetudinem regebat. Sicq; in uis Ambro pace rebus humanis annum agens quinquagesimum, sius. apud Mediolanum excessit: utraq; rempublicam utriq; id est, Arcadio & Honorio quietam relinquens. Corpus eius eodem anno Constantinopolim translatum, atque sepultum est.

F I N I S.

D d 3

Index